



Adversus Hieronymum Emserum canonis missæ adsertorem Huldrychi Zwinglii Antibolon.

<https://hdl.handle.net/1874/423709>

ADVERSVS HIE

RONYMVM EMSERV M CANONIS

missæ adsertorem Huldrychi

Zuinglij Antibo:

lon.



Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, &
ego requiem uobis praestabo. Matth. ii.

TIGVRI IN AEDIBVS CHRISTOPHORI

Froſchouer Anno M. D. XXIII.

Mense Augusto.

AD AERIAS HIE

ANNO MDCCLXVII. FEBR. V. P. 10. 10. 10.

IN LIBRARIA IMPRENTA ET EDITORIALE
M. G. BONATI ET FILII.

XV. MAG. ANNO CLXVII.

10.



12. JULY. MDCCLXVII. AD TERRAM LONDINENSIS.

IN LIBRARIA IMPRENTA ET EDITORIALE
M. G. BONATI ET FILII.

AD AERIAS HIE. ANNO CLXVII. FEBR. V. P. 10. 10. 10.

IN LIBRARIA IMPRENTA ET EDITORIALE
M. G. BONATI ET FILII.

XV. MAG. ANNO CLXVII.

10.

10. 10. 10. 10. 10. 10.

ADVERSVS HIE

RONYMVM EMSERVVM CANONIS MISSAE AD
SERTOREM HVLDRYCHI ZVINGLII
ANTIBOLON.



Arum absuit o leuissime Emsere (nā
ægocerotas plus quām ceruos leues es
se oportet) quin à clarissimo cœlestis
uerbi lumine nos auelleres, ac Romani
Pōtificis partibus adiungeres tuo isto
minaci libello, quem cōtra confutatio
nem nostrā, quam in missae Canonem
protrusimus potius quām edidimus, euulgasti: ita est altilo
quis, ut nemo præ sensuum arduitate capere possit, nisi in
puteum descēdat, ita scripturis sorolidioribus, puta legendis
Sanctorum, & alijs plusq; anilibus nenījs firmatus, ut expu
gnare nullus queat, nisi sit cucurbitis peponib; & macera
ta caule probe instructus: adde quod insidiæ de improviso
coortæ, supra q; pro magnitudine terrēt, quas tu prudenter
intentasti: nam, quod christianū in primis facere oportebat,
nullius admonuisti, feciales tabulas res repetentes non misi
sti: sed nihil tale suspicātem, repente non à fronte sed à tergo
adortus es: necq; cominus manum cōseruisti, ut saltem armo
rum fragor hostem adesse nunciaret, sed in remotissimis par
tibus tumultuaris. Vnde nec rumor irati Iibicis, ac temere o
mnia urstantis ad nos peruolare potuisset, nisi fortuito fa
ctum esset, ut Georgius Vadianus, vir insigni pietate huma
nitatec; præditus, propter certa negocia iſtic iter faceret, ubi
tu grassabaris: ac dura nouitate rei primum haud leuiter mo
tus esset, nactus tamen unūm ēlibellis tuis, ueluti captiuum

A ij

ADVERSUS HIERONYMVM E M S E R V M

de exercitu tuo celeriter ad nos trastulit, quem nos paulo hu-
manius tractauimus, quām tu nostrum; non enim subito ī
eum irruimus, sed blande haud blande loquentem audiū-
mus, captantes interīm num tu ipse aliquid? Verum quin-
tus nunc mensis agitur, quō nihil abs te accipimus: miseri-
terea statuimus, quamvis lōge alia lege quām acceperamus:
nos enim comitem dedimus, qui exponat quām bellē tuus
iste sit à nobis habitus, id autem amanter & benigne. Nō cō-
minabitur flagra, non tyrannos, non crucēs, quemadmo-
dum tuus crepat: nec enim eum fugit Christi discipulum ita
instructum esse oportere, ut ista experiri malit, quām inten-
tare: hanc pugnam non esse armorum aut lictorum, sed ue-
ritatis & pietatis, quæ tam exosae semper fuerūt huius mun-
di filijs, ut caput nunquam exeruerint sine suo periculo. Pe-
riculum autem uoco iuxta tuam mentem, qua putas detri-
mentosum esse, si pijs suplicia eueniant: nisi enim putares
non tam superciliosē comminareris: quamvis damnū sī
bi ipsis tandem dedisse sentiant, qui ueritatem nō modo nō
audierunt, sed cum summa ignominia exterminare satege-
runt. Neq; rursus iste noster ob quamvis leuem causam uo-
ciferabitur, maledicet, & conuictiabitur, neque enim poterit:
cum tuus ita omnia maledicendi pigmenta, & conuictiandi
lenocinia consumpserit, ut uelit nolit cogatur, dum nihil ho-
rum reliquī fecisti, ab eis temperare, ne tam per tuo similis
fiat. Atque hic unus ac solus est fructus, quem ex tuo carpsis-
mus, nempe, ut cum tam intempestiue ac insulse tumultue-
ris, nos, dum uidemus quām parum hoc tibi decorum sit,
alia ingrediamur uia: quid enim queso fieret, si omnia con-
uicia tua conuictijs referirem: an non cōuitorum rhapsodie
merito

merito libellus adpellaretur: etiam quum ipse id uere possem
tu uero haud uere facias. Quid enim refricem quam spurca
olim criminā potius quam carmina in heluetiorum nomen
expueris: ubi parum aberat (aderam enim & ipse tum, sed
ferme puer) quin impudentissima uerba tua, adde illepida,
impura, nefanda, per fugulum redire cogerentur. Quid scor
tationes & adulteria commemorem, quae te non raro solum
uertere coegerunt: Quid uero ex tuo tibi libello uana, friuola
trassa impudenter, imprudenter, medaciter dicta obprobrem:
quid pertinacia stolida, indocta, maliciose dissimulata, supi
na, furiosa, impia, pugnantia: adde sycophatis depravatio
nes, & id genus strophas. Qualia sunt, quod te Dauidis per
sona induis, & aduersus incircumcisum proficisceris, poda
gricus etiam. Quod ægoceros cornua uentilas contra eum
qui domi harum belluarum tantum uidit, ut earum aspe
ctum nihil uereatur. Quod Regulis cancellariæ alicubi quid
dam probare niteris, & bellam de missali Ambrosij Grego
rij fabellam narras. Quod Rom. Pontifices Lesbiam regu
lam adellas, quamuis id tam uere facias quam inconsidera
te. Quod perhibes nos species panis & uini, corporis ac san
guinis Christi nomine dignari. Quod uafre dissimulas plas
num istum, sed tibi inextricabile nodum, quem sic colligi
mus, dum constat Christum hoc sacramentum Eucharistiae
semel tantum, unoq[ue] solummodo ritu instituisse, sequi ne
cessè sit: ut cum uos oblationem esse contendatis, quotquot
ea utantur offerat. Quod æxwæta producis, quae talem for
mam prorsus non habent, qualem hæc sancta sacrificia illis
bata. Quod perhibes nos abijcere librum Ambrosij de sa
cramentis, quum non aliter quam ad hunc modum loqua
mur, ut ne in dubium uocemus sit ne liber iste Ambrosij nec

ADVERSVS HIERONYMVM E M S E R V M

ne r̄c. Quod me ueluti gloriante[m] facis, quod canonem pri-
mus confutauerim, qum nos de ordine modo loquamur;
quod primum, hoc est, ante omnia Canonem simus in lu-
cem è specu producturi. Quod solis Apostolis affirmas di-
ctum esse bibite ex hoc omnes. Quod hæreticos uocas, qui
uel unius Christi uerbis hæreant. Quod alicubi adseris uerū
Christi corpus dentibus teri; & paulo post Canonem uestrū
defendens, sic ait: Canon spiritalem uocat cibum; qui si sp̄
ritualis cibus est, ut haud dubie est, quomodo dētibus teritur?
Quid inquam ista tibi obprobrem, ex quibus totus libellus
cōsarcinatus est, ita, ut ea si adimas, haud aliter nudus & im-
plumis proditurus sit, quām graculū olim ab ijsse ferunt apo-
logi, qum suam quæc pennam auis repetiuisset. Nam hoc ut
deceat, expende, quod hominem tibi ignotissimum, cui
tamē ipse notissimus es, tot ignominiosis uocibus adlatras:
cui si ad eum modum responderemus, nihil hercle expectan-
dum nobis esset, quām ut pīæ aures sese cōtinerent, & lapi-
dibus, manuum comploſione ac sibili, tanquam rabiosos
canes ambos ex theatro deturbarent. An tu hac ratione ad
partes nos tuas pertrahi speras? Si tam stupidus essem ut pu-
tarem te aliquid dicere, terrorent tamen inusitata maledicen-
tia, & furiosi clamores, quibus etiam nō in loco prorumpis,
quod minus sententiæ tuae accederemus. Cum igitur uideri
uelis libellum tuum scripsisse, ut uulneri nostro medearis,
ac interim nihil quām mille alia infligas, manifestum facis
te aut linguae petulantia, non medendi studio: aut muneric
alicuius à Pontificib, emungendi spe, non ueritatis tuendæ
causa (quam usque adeo non uides, ut iuxta uerbum dei in
meridie palpes) animum ad scribendum induxisse. Ac dum
nos frusto panis conduci posse predicas, ut cui libeat, maledi-
camus

HVLDR YCHI ZVINGLII ANTIBOLON.

camus, quem tamē neq; Pontificum, neq; maximorum prin-
cipium uel munera uel honores à ueritatis tramite unquam
reuoare potuerint. Nihil aliud facis, quām ut prior istud
occupes, ne in te dicatur: quis enim tam uitiato erit olfactu,
ut cum tua legat, non confessim uideat in ipso limine te hoc
agere, ut pugnæ spectatores habeas mitratos istos Pōtifices?
& cum ad pugnandum pro silis, clamando Stentora uincis,
ut te omnium oculi unum spectent: ipse uero, quod per Po-
dagram non liceat, ne digitum quidem latum promoues: &
ubi facienda erat impressio, illic cessas, cum à clamore nunq;
cesses: atq; hæc est pugna tuta. Postremo ueluti opima sposa
lia illis de nobis posueris, spem recuperandi regni facis adeo
tum gloriose, tum uane, ut nihil magis in te competere uide-
atur, quām hoc parasiticum: Sic Pyrrhus quoq; factitauit.
Vnde palam sit te istorum hominum fauorem aucupari, ut
aliquid reportes, quam profecto notā in nostro libello abe-
se, te quoq; iudice probabimus. Amicis igitur quibusdam
dissuadētibus quicq; aduersus tantā uanitatem sumere, alijs
autem suadentibus, utrisq; facere aliquid (nam satis quis o-
mnibus potest?) hoc ordine decreuimus. Quæ ad rem mihi
nus faciunt, surda aure præteribo: quid enim denuo tecum
digladier ubi tandem aut quo tempore sit ortus Canō: cum
te uideam ignorare quod alicubi apud autores Canon acci-
pitur pro cuiusuis ritus ordine ac regula: & dum istuc legi-
stis, arbitratus es de isto uestro Canone loqui. Aut cur excus-
sem, quod ridiculenimis & scurriliter, ut ipse putas, quædā
dixerim: cum nemo ignoret, eum qui confusat tum ioca tū-
seria, sic admouere, ut ad expugnandum ualeant. Et quam-
uis tu illic uehementer labores, quid enim faceres, qum ubi
opus erat nihil posses? nos tamē his leuioribus nihil moues

ADVERSVS HIERONYMVM E M S E R V M

bimur, sed eos tractabimus locos, quos tu præteris, ut omnibus, qui paulummodo sacras literas degustarunt, manifestū fiat, de industria te illos transiliuisse, quod uel minus eos caperes, uel retrudere desperares: quales sunt Ecclesia, Diuorum intercessio, Meritum, Eucharistia num sit oblatio, an sit purgatorium necne. In illis si quid peccatum erat, hoc tibi prodendum acprobandum erat: neque id tuis exclamatio[n]ibus, sed è cœlestis uerbi fontibus. Tractabimus autem dictos locos breuioribus uelut Aphorismis, quod quæc possis clarius perspicere. Quos ubi uideris, non subito O cœlum, O terra, O rem indignā exclames (quo nihil aliud nobis cō anilem impotentiam probares) sed ubi cuncti tandem errare nos deprehenderis, ad armarium sacrarum literarum recurere: & hinc prolata machæra, expunge quicquid pulcherrimum diuinæ ueritatis ordinē uitiat, & in eius locum id cuius opus est repone; id si feceris lucratus eris fratrem, & nos perpetuam gratiam debebimus: sin minus, non est ut mille libros scribas: nam quantumcunque humanarum doctrinarum adduxeris, nihil quam in cœlum spues, totum enim in te recidet. Frustra enim colunt me (inquit is qui supra cœlos & extra hunc telorum iactum habitat) docentes doctrinas & precepta hominum. Nos ictis nihil mouebimur, quemadmodum ne nunc quidem uel tantillum respondissimus nisi si fuissent, ut dictum est, qui putarent præcium opere esse, si tam inutilem libellum silentio non præteriuissimus. Proinde intellectum tuum captiuum trade in obsequium dei, nō hominum, nō patrum, non carnis. Nam quotquot patrum tandem obieceris, uetus tuas quædam apud ingnaros aliquid estimationis inuenier: porro sententia ipsorum eadem est que nostrorum temporum ratio. Quid enim refert hodie an ante ses

HVLDRYCHI ZVINGLII ANTIBOLON.

te sesq; mille annos strenue quidē dixeris, sed absq; uerbi dei
autoritate? Ad sacras literas sic accede, ut illic inuenias quid
sentiendum sit: non ut quod ipse prius domi sentis id sacras
literas, reclamātes etiam, sentire compellere uelis. Sic uitam
institue ut potius uelis esse p̄iissimus, quam ad pungnandum
acutissimus. Hoc si attigeris concidet omnis iste cōtenden-
di fastus, uidebisq; quam curta sit supellex tam pontificū q̄
propugnatorū suorum. Det deus, ut ubiq; errem doceat:
& tibi det, ut cognoscas quid sit error, quid uerum. Amen.
Vale ex Tiguro, &c. M.D. XXIII. XIII. klas Septēbris.



ECCLESIA nomē Græcis à conuocando deriu-
tum esse, nemo est quem fugiat. Vnde & latinis re-
ceptum uocabulum nūc pro cœtu, nunc pro con-
cione, pro certa multitudine, pro populo tum secundum car-
nem, tum secundum spiritum Israëlitico in sacris literis pro-
miscue accipitur. Nam ubiq; uidere est in veteri Testamen-
to, qđ ubi Hebraica ueritas habet kahal uel edah, ibi Septua-
ginta transtulerunt συναγ. aut ἐκκλησία: latini uero coe-
tum, cōgregationem, multitudinem, uniuersum populum
Israël, aut id ipsum Ecclesiæ nomen posuerunt: quæ si fuisis
ostendere uelimus, à cōcepto breuitatis studio auocabimur.
Vnde satis erit certos & paucos ostendisse locos, quibus id
manifestum fiat. Exodi. 12. Loquere ad omnem multitu-
dinem filiorum Israël. Hichabent Hebræi pro multitudine
edah. Græci συναγ. Leuitici 8. omnem cœtum filio-
rum Israël. Hichabent Hebræi haedah hakahal, hoc est o-
mnem cœtum ecclesiæ. quod & Græci συναγ. ἐκκλησία.
Numeri 20. Ecclesiam domini. Hichabent Hebræi kahal,
Græci συναγ. Hæc autem omnia huc solum tendunt, qđ

B

ADVERVS HIERONYMVM E M S E R V M

Ecclesiæ nomine totum populi Israélitici cœtum, congregatiōnem, cōcionem, exercitūm, multitudinem intelligi vīdeamus. Vnde clarū est ecclesiām sic nō modo pro pījs, sanctis, ac tidelibus, sed etiā pro īmīpijs, sceleratīs, ac perfidīs, dūmoꝝ do ex semine Abrahæ secūdum carnē, cūq; pījs mixti essent, accīpi. Quoties em̄ factū est, ut prodīta perfidia sua quidā experīmentū dederint? qđ tametī corpore ac hominū opinio ne ītra ecclesiā cēserentur, re tamē uera nihil minus qđ ītra ecclesiā essent, quæ sine macula & sine ruga, de qđ paulo post.

Ad hunc modū ī nouo quoq; Testamento uidemus Ecclesiām pro omnibus accīpi, qui Christo nomē dederunt, quiq; ītra cœtum Christianorū uersantur & uictitant, etiā si re uera sint parum fideles. ut cum Paul, dicit se persecutū esse ecclesiām Dei i. Cor. 15. nam persequebās quotquot essent Christiani, hoc est qui se Christianos cōfiterent. At inter Christianos semper & mali sunt & infideles, tametī nos eos non agnoscamus, nisi dū se fructibus produnt. Hāc ecclesiā Christus ipse clarissimis coloribus depinxit Mat. 13. ubi per parabolam bonū semen seminātis in agro, & inimici, hoc est Dīaboli clām lolium miscētis, nihil aliud uult, qđ qđ omnes qui dem recipimus uerbū qui Christiani adpellamur, aut recepis se saltē uideri uolumus, nihilo tamē secius diaboli qđ semē admittimus. At sementē Deus tolerat ex trītico & lolio surgentē usq; ī diem messis, quin etiā iubet ut utrūq; sinamus crescere seruata tamē grauiū, qbus abiectio: & leuiū, quibus uenia tātis per debet, ratiōe (de qua nūc nō est dicendī locus) crescere inq; sinamus usq; ī diem messis. Idē portendit parola, uerriculi ad pīscīū uenationē expansi, quo boni simul & mali colligūtur, simul uictitat, uersant, miscēnt. Et tandem ueniunt angeli, & separant putidos ab integrīs & recētibus.

Idem

HVLDRYCHI ZVINGLII ANTIBOLON.

Idem pollet de uirginibus decē parabola. Hic istud discimus quod uniuersa multitudo Christianorum, quae se fidelē censet, simul unus fidelis populus, una ecclesia dicitur, & adhuc non est illa incontaminata, nam neuos multos habet; quorū ad quosdam conniuere, alienum à Christo non est.

Habes nunc tam in ueterे q̄b nouo Testamento, ecclesiā tam ex fidelib⁹ q̄b infidelib⁹, sed fidem simulatib⁹, congestā; nec adhuc talē, cui neq; ruga hæreat, nec macula. Nam olim omnes uitulū uel conflabant uel adorabāt: & cū Christo Iudas fuit: cū Apostolis Ananias, & Saphira, & Alexander Aerarius, & falsi fratres, & exploratores, qui libertatem Christianam prodere, & circuncisionem Christo iunge re conabātur: attamen ubi cunq; cum Christianis habitaret, nomen ecclesiæ ad hunc modum acceptæ, non immutabāt.

Est igit̄ alterū ecclesiæ genus, qđ Paul. Eph. 5. describit sic inquiens: V iri, diligite uxores uestras, quē admodū Christus dilexit ecclesiā, & tradidit seipsum pro ea, ut ipsam sancti ficaret: quā aquæ lauacro p uerbū mūdauit, ut eā sibi copularet, quō præclara esset ecclesia nō habēs uel rugā uel maculā. Hic nemo negat unā ueluti columbā in Cāticis esse ecclesiā. sed quā: Eā nimirū, pro qua se Christus tradidit, in eū usum ut sibi eā sanctificaret: quæq; dū uerbo isti, qđ Christus sese p nobis tradidit, crederet, aquæ lauacro tincta, sic ab eo mūda ret, ut pr̄suis speciosa & præclara esset ecclesia, Christi sponsa citra oēm rugā et maculā. Sequitur ergo, qđ qui credūt Christū ita nos dilexisse, ut seipsū pro nobis sanctificādīs traderet, Christi ecclesia sint, & ab oī ruga & macula alieni: nā Christus eos ad hunc usū mūdauit, ut sibi copularet. Porro q̄s filii us liberauerit, uerè liberi sunt; & qđ deus mūdauit, ne Petro qđē pmittit ut immūdū dicat. Vna igit̄ ista formosa, columba,

ab omni labore libera, non aliquot Pontifices, sunt etiam sancti, piissimi, immaculati, sed quotquot se Christi sanguine redemptos, ac ei uelut speciosam sponsam copulatos inconcussi credunt. Non enim se in tam angustum contrahit patitur, ut intra pauca, & sibi solis hunc honorem arrogatia, membra contineatur: sed, per uniuersum orbem sese extendens, ubique membra sumit: & quanto uastior ac amplior, tanto & spacioius est.

At obiectiunt hic quidam, talis ecclesia tam nusquam est quam Platonis respublica: Quod nemo sine crimeni uitiat, quod omnes peccauerint, quod nos ipsos seducamus, si peccatum habere negemus: qua ratione igitur fieri possit, ut aliquid sit ecclesia quae rugam non habeat, aut macula? Qui bus ad hunc modum satisfacimus. Quae sine ruga est & macula, non suopte ingenio talis est, sed Christi beneficio. Sic enim inquit Paulus: Dilexit ecclesiam (Christus uidelicet) & tradidit seipsum pro ea, ut ipsam sanctificaret. En tibi, unde sancta sit, pura, & ab omni ruga leuigata. Christus tradidit seipsum pro ea, ut ipsam sanctificaret. Nos enim quid sumus quam uictiorum uerbera? Vnde quum mundi esse cupimus, alio iustrante opus habemus: at is solus Christus esse potest. Agnus enim est qui tollit peccata mundi, in eius nomine quisquid petierimus, a patre accipiemus: at quomodo inuocabimus si non credamus? Inuocata ergo ac petuit a patre per Christum it modo qui Christo nituntur: at qui nituntur Christo quam qui sciunt eum pro nobis esse passum: quomodo uestro hoc scitur? Fide. Constat igitur, quod qui in Christo nituntur, sine ruga sunt & macula, eo quod Christus sine his ipsis est qui & noster est: nos enim sanctificauist, ut illi iungi per ipsum possemus. Atque hoc est quod Divinus Io. 1. cap. 2. docet: Sed & si peccauerit quis, aduocatum habemus apud patrem

HVLDRYCHI ZVINGLII ANTIBOLON.

patrem Iesum Christum, iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris &c. Et Paulus ad Hebræ. 10. Cum igitur fratre liberā ac certam fiduciā ad ingrediendū sancta habemus per sauguinem Iesu, quam ille uiam nobis instaurauit, nouam quidem, sed uiam, per uelamen, hoc est per carnem suam: cum etiam habeamus sacerdotem magnum, eundem Christum constitutum super domum Dei: accedamus cum vero corde & fidei absoluta firmaç; persuasiōe, ut corda nostra sint aspersa, hoc est lustrata à malorum cōscientia, & corpus ablutum aqua munda: teneamus confessionem huīus fidei nostrae indeclinabilem. His testimonijs manifeste docemur quod per Christum nobis uia perpetuò patet ad Deum ut qui sit super dominum, hoc est ecclesiam Dei perpetuus sacerdos cōstitutus & propiciator: sed hac ratione, ut Fidei cōfessio inconcussa maneat. Hi ergo sine ruga sunt & macula, qui in Christo sunt: is enim solus eas abstergere potest.

Fit hoc apertius, cū ipsius Christi uerba protulerimus. Cum discipulos Matt. 16. interrogasset: Vos autem quem metandem esse dicitis? ac Petrus omnium nomine respondidisset: Tu es Christus filius Dei uixi, reddidit inter alia Christus: Et ego tibi dico quod tu es Petrus, & super hanc Petram edicabo ecclesiam meam. Ne hic diutius super istorum uerborum sensu dīgladiemur, uicit enim olim sententia, quæ Christum petram facit, non Petrum: neque id solum, sed & fides eam dicit: & Christi uerba alibi aperte ipsam germanam esse ostendunt, ubi se uitem facit, nos palmites, qui fructum nullum dant, nisi in uite manserint. Iohan. 15. Ne inquam his immoremur, uidemus hic luce clarius ipsam Christi ecclesiam sponsam suam (dicit enim ipse, meam) hic habere fundatum, & robur quod sit eius, cum confitetur

ADVERSUS HIERONYMVM E M S E R V M

Christū Dei uiui esse filium, hoc ueritas ipsa loquitur, pere
ant qui contra loquuntur. Quod autem quibusdam hoc le-
ue nimis uidetur, inde prouenit, quod Christum filium Dei
esse uiui se potius credere simulant, quām uerē faciant. Qui
enim filium Dei esse credit, quem uidet pro se cruci adfigit,
qui fieri potest ut non simul peccati magnitudinem pondes-
ret: tantam nimirum, ut solus Dei filius ipsam expiare pos-
sit: & imbecillitatem imò impotētiā nostrā, ut quāt tan-
ta sit, quod nōstro marte ad Deum accedere nulla ratione da-
tur. Cum igitur Dei filius nos à peccati morte liberauit, ac
nos id firmiter credimus, fieri non potest, ut non admirabili
metamorphosi in alios homines transfiguremur. Id au-
tem quā tam raro fieri uideamus, hinc prouenit, quod iux-
ta Prophetā uerbum omnes sunt hypocritā. Vnde & Apo-
stoli tantopere ubique sudant, ut ueterem hominem exua-
mus, & nouum induamus, nempe Christum. Magnum opus
est Christum cruci adfixum credere filium Dei esse. Hoc
opus Dei esse, ipse testatus est Iohan. 6. Hoc est opus Dei, ut
credatis in eum quem misit ille. Qui igitur, & quotquot
Christo fidunt, supra petram, quā nullis uentorum procel-
lis concuti, nullis diluuiorū inundationibus dilui potest,
ædificati sunt. Et quotquot supra eam ædificati sunt, Christi
ecclesia sunt: meam enim ipsedixit. Sua autem esse non po-
test impura & rugosa. Relinquitur ergo, quod qui Christo
fidunt, sine ruga sunt & sine macula; nam omne studium
huc uocant, ne in peccatum, in quo prius mortui erant, rela-
bantur. Roma. 6. quod qui non faciunt, labijs magnifica de-
tonant, factis Christum produnt; quō deinde sit, ut nomen
Dei per eos male audiat.

Hæc est illa ecclesia quā errare nō potest, quod sibi Pō-
tifices

HVLDRYCHI ZVINGLII ANTIBOLON.

ifices tam falso quam impudenter arrogant. Nam haec eccl^{sia} Christi, uno uerbo Dei nititur: quod tam firmum & immobile est, ut cœlum & terrā citius ruere oporteat, quam ipsius unum apicem. Contra, Pontificum ecclesia suo uerbo nititur. Currunt quidem tanquam sint à domino missi, sed uisiones hoc est placita cordis sui loquuntur. Vnde nihil quam tenebras miserorum oculis offendunt. Lumen enim fidei, quo uerbū & agnoscitur, & fratribus proponitur, cum non habeant, uide quantæ sint tenebrae. Quod pulcherrime Christus insinuauit Matt. 6. inquiens: Si ergo lumen quod in te est, tenebrae sint, ipsæ tenebrae quantæ erunt: Quod autem fidei lumen non habeant, hinc patet, quod uerbum Dei non unice prædicat & tumentur. Nam fidelis mens ea est, quæ unum Deum spectat: at quæ hoc facit, nullius uerbum audi potest, quam Dei spōli suū: tam abest ut possit humana delyramenta alijs prædicando inculcare. Hæc omnia planis Christi uerbis plana sient. Iohan. 10. ubi docet, quod qui alii unde quam per hostium in ouile ouium introierit, fur sit & latro: hostium autem se esse paulo post aperit. Quid ergo per Christum in caulas dominicas ingredi, aliud est quam Christum indutum esse? Christi uerbū unum ac solum adferre, & esurientibus proponere: sicut enim pater eum misericordia, sic & ipse discipulos suos misit. Christus autem, cum Pontificum placitis & traditiōibus acerrime depugnauit, & Dei uerbū unice audire præcepit, ergo qui se per ipsum in ouile suū ingredi iactant, aduersus humanas traditiones pugnabūt, & uerbum Dei unice proponere satagēt: quod si minus fecerint, iam Dei uerbo iudice, fures sunt & latrones. Tales autem cū sint, qui fieri potest ut errare nequeat, qui propterea fures facti sunt & latrones, quod à uero tramite declinauerunt:

Pontificum
Ecclesia.

ADVERSUS HIERONYMVM E M S E R V M

Ecce tam abest ut quorundam Pontificum cōuentio-
nes ecclesia sint ista Christi sponsa, quæ errare non potest, ut
si recte ad æquilibrium eos expendas, fures & latrones po-
tius sis pronunciatur, quam quicquam aliud. Adhuc tamen
esse oportet speciosam ecclesiam, quæ rugam non habe-
at neque maculam: aduersus quam etiam inferorum munici-
pationes ac portæ nihil possint: & secundum ista, quæ labi & er-
rare nesciat. Ea igit̄ Christus pulcherrima ouium & pastoris
parabola ostendit. Ibidem docens, quod oves uocem pasto-
ris audiant, si sit pastor, & quod eum sequantur: sed alienum
non sequantur, quia uocem eius non agnoscant. Ouitum ergo
est iudicare, pastor an fur sit qui ad se uenit: & an uox pa-
storis an insidiatoris sit. Vnde autem ouibus tanta solertia,
ut hic nō hallucinetur: hinc quod paulo post sequitur: Ego
cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ. Vnde autem
cognoscunt oves Christum tam sagaciter, ut nullius uocem
pro illius accipiant: hinc, quod à Deo cogniti sunt; hinc, qđ
pater eos traxit (nam ad Christum nemo uenit, quam is quē
pater eius traxit) hinc, quod omnes à Deo docti sunt. Sequi-
tur ergo quod hæ oves modo non errant, quæ uocem pasto-
ris sui tam probe agnoscunt, ut aliam prorsus non recipiant.
En tibi ecclesiam quæ errare non potest: eam uidelicet, quæ
solam pastoris uocem audit: & pastoris non cuiuslibet, sed
eius solummodo, qui per ostium intrat, qui solum hoc ad-
fert quod Christus, qui solum in nomine patris uenit, quo-
modo & Christus: & (ut breuiter dicamus) cūm sit unus tan-
tum pastor, tametsi abusue plures appellētur pastores. Haec
tandem sola est ecclesia labi errarec̄q; nescia, quæ solam pasto-
ris Dei uocem audit, nam hæc sola ex Deo est. Qui enim ex
Deo est, uerbum Dei audit. Et rursus; Vos nō auditis, quia
ex Deo

HVLDRYCHI ZVINGLII ANTIBOLON.

Ex Deo non estis. Ergo quia audiunt, dei oves sunt; Dei ecclesia sunt, errare nequeat: nam solum Dei uerbum sequuntur, quod fallere nulla ratione potest. Quod si aliud uerbum sequuntur, iam non sunt oves Christi, non gressus, non ecclesia, nam alienum secuti sunt. Hoc enim est quium, ut alienum ne audiatur quidem. Sic enim prosequitur Christus; Omnes quotquot uenerunt (intellige in nomine suo) fures sunt & latrones, sed non audierunt eos oves. Ergo quotquot audierunt, Periculum immunit
fures & latrones, non sunt oves Christi; nam oves Christi non minet ouibus,
audiunt istos. Vide in transcurso periculum etiam immunit
cum audiunt cum
de ouibus, si eos audiant, qui suum uerbum adferunt. qui non est pastor.

Habes iam quae nam sit ecclesia quae errare nequeat, ea enim solitudo, quae solo uerbo Dei inititur: non eo quod Emissus putat, nos solum spectare quod literis aut uocibus constat, sed eo quod in mente splendet: & omne uerbum a quo cuncti adferatur, agnoscit a patris ac pastoris sui sit nec non. Quae lux non aliunde hauritur, quam a patre luminum, qui per spiritum suum ita suos omnia docet, ut omnia iudicentur: & ipsi a nemine iudicentur, nam a nemine seduci possunt. Turgeat licet alius eloquentia, alius iniquo dominatu, cum eos premat: ueritatem hic noster immotae rupi similis stat, moueri nescit: nam scit quae vox Dei, quae seductoris sit. Atque haec est unicatio, quam Iohann. i. cap. 2. nos omnia docere perhibet. Haec inquam errare non potest, nam neque quisquam praeter solum Deum ipsam docere potest. Vides quo frigidæ istæ Pontificum argutiae cadat, dum contendunt uerbi coelestis sententiam ab hominum iudicio pendere oportere. Cum ex superioribus plane constet uerbo nusquam fidem haberi, ubi pater traxit, spiritus monuit, unicatio docuit: atque haec unum sunt. Fateor hic tibi ignoscendum esse Emissere, dum

C

ADVERSUS HIERONYMVM E M S E R V M

Mysterium uerbi uim non sentis, quod etiam hanc de ecclesia sententiam
bi dei sola mēs non capis. Nunquam enim scies quae nam sit ecclesia quae
labi nō potest, nisi uerbum agnoscas dei quod ecclesiam con-
stituit, dum eo fidere facit, & eam ab errore defendit: dum al-
iud uerbum audire non permittit. Hanc rem solæ piaæ men-
tes norunt. Neq; enim ab hominum disceptatione pendet,
sed in animis hominum tenacissime sedet. Experientia est:
nam pīj omnes eam experti sunt. Doctrina non est: nam do-
cissimos homines uideamus rem saluberrimā ignorare. Hinc
est quod Christus patri gratulatur, quod hæc à sapientibus
abscoderit, & infantibus adperuerit. Frustra igit pro quibus
dam adeo sumus anxi, quod uerbum recipere nolint: sed fru-
stra non erit, ut anxie Deum precemur, quod spiritus sui gra-
tiam largiri, & in agnitionem uerbi sui trahere dignetur.

Vides etiam hic Emserē, q; probè sibi constent, quae de
ecclesia in cōfutatione nostra scripsimus, que tu uelut mini-
me cohærētia, satis inciviliter calūnias. Diximus hāc Chri-
sti spōsam ecclesiā per uniuersum orbē, ubi cūq; fideles sunt,
dispersam: ne tā misere, instar alligatae Hierosolymis asinæ,
Christi oues aut Rhomæ, aut Alexandris, Iulijs, Leonibus,
Hadrianis perpetuo astringerētur. Ne tu putas temere dictū
esse. Diximus hominū oculis obscurū esse, qui nā, aut quo
intra Christi ecclesiā sint, ad hunc usum, ut adpareat nō istic
esse ecclesiā, ubi aliquot Pōtifices cōgeminant: sed illic, ubi
uerbo Dei hæret, ubi Christo uiuīt. Quod & ipsum soli deo
nudum & apertū est, tam potēs malū est hypocrisis. Fieri em
potest, ut nō modo iī, qui uerbo obstreput, extra hāc ecclesiā
Christi sponsam cōstituti sint, sed etiam hi qui se Christi esse
prædicat, quiq; pia in pximū opa multa exercēt: nā ista sāpe
numero ex mēte imp̄iſſima, pfisciscunt: sunt em quos gloria
uexas

HVLDRYCHI ZVINGLII ANTIBOLON.

uexat inanis. Deum autem nemo latere potest, huic renes & corda patet. Hinc diximus hanc ecclesiam hominibus ignotam, & nunquam coitaram esse, usque ad ultimum istum diem, quo Dei filius ad se uocabit omnes Gentes, & iudicio cum eis contendet: illic uidebitur qua quisque fide fuerit.

Postremo loco diximus de peculiaribus ecclesijs. Ex hoc quod Christus morbidam ouem excludi à grege iussit, Matth. 18. eis tribuimus, quod uniuersa omnium membrorum ecclesia nunquam hic coire potest: cui diceremus quod frater nolle resipiscere. Nec hoc sine exemplo diximus, sed Pauli tum uerba tum exemplum adduximus: qui ecclesiae, quae tum Corinthi erat, iussit ut eum, qui paru pudice cū noverca uiesabatur, tantisper abiicerent, donec eum facti perte sum esset. Sic in Actis. 13. apud Ecclesiam, quae Antiochiae erat Paulus & Barnabas Niger, reliqui fuerunt. Sic passim in literis sacris de peculiaribus ecclesijs sermo fit. Sed omnes istae ecclesiae una Ecclesia Christi sponsa sunt, quam Graeci catholicam, nos uniuersalem appellamus. Quae nō est oīm episcoporum collectio, sed sanctorum, hoc est fidelium oīm communio: ut patres in symbolo addiderunt. Nam apud ueteres uidere licet hāc particulam, sanctorum cōmunionem, defuisse: sed succedente tempore, cum sibi nimirum hi, qui hodie quoque se pro catholica ecclesia gerunt, hoc nomen arrogarent, explicandi nominis gratia, fuit addita.

Harum itaque est, ut iam patuit, impudenter delinquentem abiicere: & resipiscētem & ad regulam Christi sese componentem, rursum in gratiam & communionem admittere. Harum est & de pastore iudicare (ut supra dictum est) & de doctrina. ut. 1. Corinthio. 14. Prophetæ autem duo uel tres loquantur, & reliqui dijudicēt: nam si alij sedēti

ADVERSUS HIERONYMVM E M S E R V M

reuelatum erit, primus taceat: potestis enim singuli prophetae, ut omnes discant & consolationem, adhortationemque accipiant. Enim spiritus prophetarum prophetis obtinerant. Videmus hic planè quod uerbum Dei olim longe alia ratione tractatum fuit quam hodie. Nam non solis per ordinem prophetis, sed uulgo etiam in subsellij sedetibus, in ecclesia de uerbo loqui licebat, quod spiritus reuelasset. Quimmo, si nunquam remisisset, nunquam tot errores in Christi ecclesiam fuissent inducti: sunt enim semper qui per spiritum coelestem deprahendunt affectuum docentis fraudem. Quia deinde patefacta, liberaretur uerbum à uiolenta depravatione: sed hoc detrimenti istinc uenit, quod spiritus prophetarum noluerunt prophetis subiici. Quod etiam manifestum sit, quod horum prophetarum spiritus non ex Deo fuerunt, qui fratribus prophetantibus, obtemperare & auscultare noluerunt: nam uerorum prophetarum spiritus prophetibus obtemperant. Paulatim uero huc uentum est, ut quicquid peruersissimus quisque nugator pro suggestu, in loco scienter prophetæ effutiret, pro oraculo haberetur: & quisquis non haberet, sed uel griseo contra mutaret, crudelissime trahularet.

Quod autem hic quispiam obiscere posset: Hic uerbi iudicem constitui, ecclesiam, etiam quamuis, & nos superius strenue negasse ullum ei iudicem imponere licere. Dicimus. Idem sentire quis prius, nam perpetuò qui spiritualis est, omnia iudicat: ueruntamen quod aut quomodo iudicet, audire oportet. Qui in ecclesia scripturam coelestis uerbi explicari audit, hoc quod audit iudicat: attamen quod auditur, non est ipsum uerbum quo credimus: si enim eo uerbo, quod auditur uel legitur, fideles redderemur, omnes planè esseremus fideles. Ali cubi enim uerbum fidei uel legimus, uel audiimus, praesertim

hac

hac tempestate, qua omnia reboant Euangelium, etiam filii
ue & arua. Sed contra uidemus & audire & uidere multos,
nec tamen fidem habere. Manifestum ergo sit, quod eo uer-
bo quod coelestis pater in cordibus nostris prædicat, quo si-
mul illuminat ut intelligamus, & trahit ut sequamur, fideles
reddimur, de quo satis paulo superius dictum est. Qui illo uer-
bo imbuti sunt, uerbum, quod in concione personat, & au-
tes percellit, iudicat: sed interim uerbum fidei, quod in men-
tibus fidelium sedet, à nemine iudicatur, sed ipso iudicatur
exterius uerbum. Quod & ipsum Deus in medium adferri
ordinauit, tametsi fides non sit ex uerbo externo. Quod pro-
bè Christus explicuit per parabolam seminis in callem saxu
spinas, & bonam terram cadentis. Iudicat autem fidelis no-
ex sua, sed diuini spiritus sententia: propterea dixit prophe-
tarum spiritus prophetis esse audientes. Non enim est conte-
tionis & dissidij Deus, sed unitatis & pacis. Vbicunque igitur
fides uera est, ibi & spiritus coelestis esse cognoscitur: ubique
que autem spiritus coelestis est, ibi studium unitatis & pacis
esse, nemo ambigit. Fit igitur, ut quicunque fidelis propheta
sit, sicuti ignorat & errat, corridentem ac docentem ultrò ad
mittat, etiam insimum quemque. Nec est periculum, ut in
ecclesia confusio fiat: nam si per Deum ecclesia congregata
est, ibi ipse est in medio eorum: & quotquot fideles sunt, ad
unitatem & pacem tendent. Ac si qui uel arrogantius, uel odio
suis contendere perstiterint, statim olfactent qui nam ex ad-
fectibus, qui ex caritate & Dei spiritu loquuntur, & garrulos
compescunt.

Hoc autem ut expeditius faciant gnomona habent, quo
spiritus explorare docuit diuinus Ioannes an ex deo sint. i.ca. 4.
Omnis spiritus qui confiteretur Iesum Christum in carne ue-

AD VERSVS HIERONYMVM EMSERVVM

nisse ex Deo est, & omnis spiritus qui non confitetur Iesum Christū in carne uenisse, ex Deo nō est: & hoc est antichristi. Quid autem est credere Christū Iesum in carne uenisse: an ne hoc tā salutare est: minime, nisi credamus nobis uenisse, & nobis Christum Iesum, hoc est, unctum, saluatorē esse: eum, qui uerē rex & saluator est filius Dei & hominis. At si ipse salus est, ut uerē est, quid prodest alibi salutem querere: an hoc cītra iniuriam natura saluatoris fieri potest: Is ergo spiritus ex Deo est, qui illi soli gloriam tribuit: contra ex Deo non est, qui creaturæ tribuit, quod Dei est. Quod nunc dissidium de uerbī sensu in ecclesia oriatur, hi qui sp̄ rituales sunt, confessim uident qui sensus maxime ad Dei gloriam, Deic̄ voluntatem tendat, qui contra, fieri enim nequit, ut qui de terra est, non de terra loquatur; & qui de cōlo est, non omnes uincat apud eos qui eodem spiritu imbūti sunt. Exemplo siet hæc res apertior. Declauibus multa sunt etiam hac tempestate iactata, sed quām recte, piorum esto iudicium, nos hic eum sinum non excutiēmus. Alij Pontifici Romano adiudicarūt, alij cuiuis ut uocat sacerdoti: & qum maxime pīj uideri uoluerūt, peccata per solum Deum remitti tradiderunt, sic tamen ut sacerdos remissa pronunciet. Atque huic detorserunt iudicium leuitarum, quorum erat de lepra decernere. Decem leprosos, quorum tamen qui Samari tes erat, ad saluatorem non sacerdotem gratulatum redibat. Et Lazarum ē fascijs sepulcralibus extractum. His nūc uerbī Dei autoritatem opponemus: ac primum Pontificis scriptoribus, hoc, ad sētiētibus suis scriptoribus extorquebimus, ut non negent Petro claves non illic esse præsītas, ubi Christus dixit: Et tibi dabo claves regni cœlorum, sed solummodo promissas. Deinde ab omnibus quaremus ubi tandem sint

*Claves obiter
tractate.*

HVLDRYCHI ZVINGLII ANTIBOLON.

Sint traditæ: nam traditas oportet, Christus dixit, fieri oportuit quod dixit. Respondent, partim illic, ubi dixit Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remissa sunt. &c. partim, ubi dicitur, Pasce oves meas. Io. 21. Nunc uide quām facile depræhendatur, ubi nam à recto clauis sensu declinent, ubi teneant. Proximū sic depræhēduntur: Si tunc Petro claves sunt traditæ, cum dictum est, Pasce oves meas, ergo pascere est clauis officium. Cum ergo nem tam stupidus sit, qui non per pascere uerbo docere intellegat, sit, ut cum illi maxime cōtendunt soli Petro ac primū claves esse creditas, nihil aliud efficiant quām quod Petro ante omnes sit uerbi ministerium commissum. Nam si claves habere, pascere est (ut certè est) negare non possunt Petro illic aliud nihil quām diligens ac fidele uerbi ministeriū imperatū. Quod aut addūt primū Petro imperatū, hic hallucinantur: nam prius erat uerbi ministeriū oībus cōmissum, ipso resurrectiōis uespere. Alij uero quorū uia dominus uult sic, Nō imus inficias illic claves esse traditas, ubi Christus dixit. Accipite spiritum sanctū. &c. Io. 20. Sed qđ claves sint alijs qđ sacerdotis uerbū, aut aliud quodcunq; tandem, qđ Euangelij uerbum, id uero inficiamur sedulo. Nam quod Ioannes his uerbis explicit: Accipite spiritum sanctum. Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum tenueritis, tenta sunt: hoc Lucas alijs sic enarrauit, Tunc adperuit illis mentem, ut intelligerent scripturas. Et dixit eis, quod sic scriptum esset, & sic oportuisset Christum pati, & resurgere ex mortuis tercia dīg. Et in nomine ipsius prædicari penitentiam & remissionem peccatorum in omnes Gentes, initio facto à Hierosolymis, uos autem estis testes horum. Quod hic Lucas dixit, Tunc aperuit illis mentem: hoc Ioan-

ADVERSUS HIERONYMVM EMSERVUM

nes dixit, Accipite spiritum sanctum : is enim ad hoc datur,
ut mentem adperiat. Marcus ad hunc modum extulit: Ite in
orbem uniuersum ; & prædicate Euangelium omni creatu-
ra. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui non
crediderit, cōdemnabitur. Quod hic Marcus dixit, Ite in orbem
uniuersum : hoc Ioannes dixit, Sicut misit me pater, sic
& ego mitto uos. Lucas prædicari in omnes gentes, & Vos
estis testes horū. Quod Marcus dixit, Prædicate Euangeliū
omni creature. Qui crediderit (prædicato nimirū Euangeliō)
& baptizatus fuerit, saluus erit. Hoc dixit Ioannes: Quorū
remiseritis peccata, remittuntur eis N. am hac sola ratione
mittuntur peccata, si firmiter crediderimus Christum pro nobis
esse passum. Et quamvis remissio peccatorum discipulis
tribuatur, hoc tamen aliunde non est, quām quod discipuli
puluerbum ministrant: non enim est aliud nomen sub sole
in quo nos oporteat saluos fieri, quām in nomine Iesu Christi. Act. 4. Ideo Lucas eam sententiam sic protulit: Sic oportet
prædicari in nomine ipsius poenitentiam & remissionem
peccatorum in omnes gentes. Quod Marcus dixit, Qui non
crediderit, condemnabitur: hoc Ioannes sic tradidit, Quorū
retinueritis retenta sunt. Retinuerunt autem Apostoli pec-
cata incredulorum, quum abeentes ab eis pedum puluerem
excusserūt, iuxta præceptum domini Luc. 10. Sicut in Actis
legimus fecisse Paulum cap. 18. Claves ergo sunt pascere, pa-
scere uero est Euangelium adferre: cui qui crediderit, saluus
est, solutus est: scit enim se per filium esse liberatum. Contra
qui non crediderit, condemnatus est, ligatus est, carni addi-
ctus est, ut quae sint spiritus, non capiat. Quod autem istoru-
pater quod singuli istic loci, Christi adparitionem ac sermo-
nem

HVLDRYCHI ZVINGLII ANTIBOLON.

nem qui ipso resurrectiōis die corām discipulis facti sunt, describunt; quod omnibus facile patet, dum historiæ contextū recte intuentur. Nos hic diutius non immorabimur, nam in Conclusionib⁹ nostris fusius eam rem attigimus. Nuncredimus unde digressi sumus. Si inquam in ecclesia de clavis fia⁹ diffensio, ut Pontifices sibi uendicent, sacerdotes item sibi: uerbum autem ad hunc modum expensum, soli Deo uendicet. Quis erit in ecclesia fidelis, qui non aperte ut deat hanc sententiam esse & uerissimam, & certissimam, si claves solitus uerbi esse cognoscantur, & eius modo uerbi, quod creditum in mentibus fidelium sedet: & quod Apostoli nihil aliud faciunt, quam quod claves adferunt, hoc est uerbum dispensant? Nam aliæ duæ sententiæ carnem resipiunt, quamvis altera magis altera. Pontificis enim sectatorum ita carnem resipiit, ut ea non modo mentem, sed & penè rem omnium fidelium circucripserit. Sic ergo iudicat quæuis ecclesia de uerbo, quod corām se proponitur. Sed quo iudicat? Verbo fidei, quod intus perspiritum doctum est in animis fidelium. Iudicium ergo hoc peculiaribus ecclesijs nō ita tribuitur, ut solis tribuatur: est enim ecclesiæ Christi sponsæ. Quoniam uero illa hic nunquam coit, iudicat per partes & membra sua. Sic Antiochiae erant docti in ecclesia, sic Hierosolymis: & Moses per singula Sabbathata legebatur. &c. Entibi fusius quid sacra literæ de Ecclesia Christi sponsa, quæ errare non potest, habeant. Quæ ut rectius ac citius capere possis, iterum in brevia quædam placita redigam, superiorum ueluti summaria.

Ecclesia, quæ eos quoq; cōpletebitur, qui se Christi nomine falsò uenditant, non est sponsa Christi, neque de ista fit mentio in symbolo.

D

ADVERSUS HIERONYMVM EMSERVVM

Ecclesia, quae firma fide Christo Dei filio innixa est, eccllesia catholica est, sanctorum omnium communio: quam in symbolo confitemur, rugam non habet neque maculam. Christi enim sanguine abluta est, ut eidem speciosa sponsa esset.

Ecclesia ista in via Gentium, iuxta Petri uerbum, resiliuum uitae tempus non incedit: cauet enim a peccato, in quo prius mortua iacuerat. Et quoniam haec via polluta est, quod diu in carne uersatur, habet quod poeniteat, & quod per Christum

Ecclesia ista soli Deo est cognita; homo enim uident in facie, solus Deus in corde.

Ecclesia ista non potest errare, quia in solo Dei uerbo nititur. Est enim ouile domini, in quo oves nullius uocem audiunt, quam pastoris sui.

Ecclesia Pontificum, quae suum uerbum adserit, est eccllesia inimici hominis, hoc est Diaboli, qui silenti nocte suis per seminavit zizania. Et oves quae istam audiunt, oves Christi non sunt: nam quae Christi sunt, non audiunt uocem aliorum. Vide infallibile iudicium uerbi Dei.

Ecclesia, quae est Christi sponsa, & pastorem & uerbum eius iudicat. Non ergo Pontifices ecclesiae domini sunt aut iudices, sed ministri: quos ecclesiae integrum est ab iaceere, cum uerbo eorum, dummodo suum non Christi adferunt.

Ecclesia Christi sponsa, quodquidem hic nunquam contigit, non potest, attamen uerbo semper opus habet: fit ut per partes & membra sua, hoc est peculiares ecclesias, cum pastorem tum uerbum exterius iudicet: sed per uerbum Dei quod in mentibus fidelium scriptum est.

Ecclesia peculiaris impudentem item reiicit, ac penitentem rursus in gratiam accipit: sed non alia uia, quam quod membrum ecclesiae Christi est.

Ecclesia,

HVLDRYCHI ZVINGLII ANTIBOLON.

Ecclesia, quam triumphantem uocat istius nostræ, ingenium & conditionem non habet. Vnde & in præsentia de ea nihil dicendum esse duximus.

Hæc tibi O robustissime Ibex (sic eñ adpellari amas) expugnanda erant, non transilienda. Scripturis rem agimus nō clamoribus. Vnde & te ostendere oportebat, ubi scriptum minus recte intellexissemus, ubi uim adulissemus: nō causari Communicantes qua ratione minato calamo primam literam haberet scriptam, & id genus nugas: quas cum doctis dudum contuleramus, & nihil quām nugas esse expenderamus. Sed & nunc ex superioribus placitis uel unum erroris conuince, & non nihil feceris. Sed spero, quod cum ecclesiæ Christi firmitatem & fundamentum uideris, ab errore pristino sis animam reuocaturus, & cum ea amicitiam, fortunasq; omnes iuncturus.

SEQVITVR DE DIVORVM INTERCESSIONE.

GVm de Diuorum intercessione scribis, adeò ieinus es, ne dicam stolidus, ut certò mihi persuadæ te nostra, quæ angusta quidem sunt, quod alibi eam rem essemus fusius prosecuti, sed augusta quoq;, quod præter purū uerbi Dei sensum nihil resipiāt, prosus nō intellexisse. Quamobrē & ea tibi ad breue redigam, sed ita, ut quæ nunc breuiter damus, prioribus quæ nullo modo poterant in breuiora concidi, non nihil lucis allatura sint.

Solus Deus bonus est. Lucæ 18.

Ab hoc ergo fonte uno & solo, bonum deriuare oportet, quicquid eo indigum est. Omne datum enim optimū, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Iacobi 1. cap.

I
II

D ij

III Hac nota discernuntur fideles ab infidelibus, quod fideles ab uno & solo isto bono pendent, ei unice haeret, ad ipsum solum recurrent, ex solo hauriunt. Infideles autem contra, à creatore se ad creaturem conuertunt, ab eis pendent, opemq[ue] sperant. Deut. 32. Videte quod ego sum solus, & non sit aliis Deus præter me. Deum autem esse, non est aliud, quām summum bonum esse: summum bonum esse, non est aliud quām D[omi]n[u]s, hoc est, sufficientiam omnis boni esse. Bonum ergo illud se esse, Deus nobis proponit, quod omnis boni opis, auxiliij nobis autor sit: & quod solus id boni sit, & q[uod] non sit aliis Deus, hoc est bonus, & cuiusquā opis fons, præter se. Alterius partis testimonium habes Hieremias 2. Duo enim mala fecit populus meus, Me derelinquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continebant non ualent aquas.

III Fideles ergo soli sunt, qui se sic Dei esse sciunt, ut alii patrem ne nominent quidem, quām omnipotētem patrem: tantum abest, ut in alium spem habeat. Quorsum enim adfines patrem adpellare Deum, cuius tu filius non sis, necq[ue] in eum ut patrem speres? præsertim cum ipse uetus ne patrem nobis uocemus in terris. Matth. 23. ipse enim solus est, qui nos in spe quam in se habemus, securos reddit. Psal. 4. Quoniam tu domine solus in spe habitare fecisti me. Beatus enim est uir, cuius spes est nomen domini. Psal. 39. & contra: Magis iedictus qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Hierem. 17. Et à domino recedit cor eius. Porro à domino recedit, qui alibi quām apud ipsum id boni querit, quo æget. Nisi uero istuc non sit recedere, quum filius deserto uero patre, alium eligit ad quem consurgat, cui erumnas suas queratur, & ab eo auferat auxilium. At eccelestis pater ita pater noster

ter noster est, ut nos fecerit, creauerit, & in peculiarem popu-
lum elegerit. Deut. 32. Nunquid non ipse est pater tuus, qui
possedit te, & fecit, & creauit te? Filii ergo sunt Dei, qui eum
patris loco habent. Patris autem loco habent, qui unum huc
patrem agnoscunt, ab eo pendent, eum solum audiunt, ab eo
solo omnia sperant.

Porro, quod citra cunctationem ad eum configureretur
to liceat, apertissimis ubiq; verbis ipse declarauit. Gen. 15.
Abraham sic adfatur: Ego protector tuus sum, & merces ma-
gna nimis. Idem verbi dictu putat omnibus qui cum Abra-
ham fideles sunt. Leui. 20. Ego dominus qui sanctifico uos.
Nume. 35. Ego enim sum dominus qui habito inter filios
Israël. Psal. 34. Salus tua ego sum, Isaiae 43. Ego ego sum,
qui deleo iniquitates tuas propter me. Ezech. 18. Quare mo-
riemini domus Israël: quia nolo morte morientis dicit domi-
nus deus. Reuertimini & uiuete. Isaiae 44. Memento horum
Jacob & Israël quoniam seruus meus es tu. &c. Deleui ut nu-
bem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua, reuerte-
te ad me, quoniam redemi te. Item 55. Omnes stientes ueni-
te ad aquas. &c. Per totum nihil aliud est quam liberalis Dei
ad se inuitatio. Et Leuit. 26. gratiam pollicetur eis etiam,
qui tantopere offendissent, ut in captiuitatem sint abducti, si
ad se clamauerint. Atque haec pauca de instrumento ueteri sus-
ficiat. Nam quid aliud ubiq; agitur, quam ne populus alio
quam ad Deum uerum recurrat, spes suas ab eo non alienet,
nullibi salutem inuenit, ut quoniam apud coelestem pa-
trem, qui tot tantaque patribus fecerit bona? Hoc enim cuique
Deus est quo d sibi sufficere putat ad præbendā cupitā rem.

Totum autem nouum Testamentum quid aliud est
quam solida certaque gratia Dei confirmatio? Nam qui filio

V

VI

D iii

ADVERVS HIERONYMVM EMSERVM

suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quo modo negare aliquid poterit? aut quomodo nobis non oia cum illo donauit? an hereditatem an gratiam negabit, qui filium dedit? ac talem filium, ut ipse sit salus nostra. Iesus enim est, ut uia sit, ueritas & uita. Qui in diebus carnis sue cum publicanis & peccatoribus hac gratia couersabatur, ut mundo palam faceret quod uenisset ad inueniendam ouem perditam, & ad uocandum ad se peccatores, neque quemquam auersaretur. Sic enim se nobis exhibens, clamat: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego requiem uobis praestabo. Hic filius Dei pignus nostre salutis est: per ipsum enim accessum habemus ad Deum. Nam ad patrem nemo uenit nisi per eum. Ioan. 14.

VII

Vnde non est ut sibi perfidia hoc prætexat. Evidem inquiens, non ignoro spem omnem mihi in Deo esse repositam, attamen patronis opus habeo, qui me summo isti Deo cōmendent. Ex uerbis enim suis facile iudicatur, quæ nam sit quæ sic loquitur, nempe perfidia. Cum aīs, Scio omnē spem mihi esse repositā in Deo: cur igitur ad eum in omnibus aduersitatibus non configis? an pater nō est; an frater filij eius non es? an auersabitur pater, qui filium pro te dedit; an filius qui pro te passus est, quiq; te fratrem adpellat: Ioan. 20. An aliquid apertius ab eo desyderas audire, quam nemo uenit ad patrem nisi per me? Adpræhēde omniū creaturarū coetum, & confiteri cogeris quod nihil eorum ueniat ad patrem, nisi per filium: nec est ut responsando etiam perpetuō mihi diccas, Intercessoribus apud filium mihi opus est. Non enim uidere uis, quod in eum usum ipse ad nos descendit, ut patefaceret quam minime elset inaccessus. An apertius aliquid dici potest ad firmandā per illum in Deū spem; quam, Quicquid

HVLDRYCHI ZVINGLII ANTIBOLON.

quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Ioan. 16
In nomine meo inquit, non in nomine Abraham &c. Vnus
enim est mediator Dei & hominū, homo Christus Iesu. i.c.

1. Timot. 2. Isto si tu nomine alium quemcunque tandem
dignaberis, nonne in filium Dei contumeliosus eris? quis
enim mediator noster esse potest, quām solus is qui Dei fi-
lius & homo est? An hoc non est filium Dei conculca-
re? Nam si tot tamq; uarijs (ut uulgo perniciose creditum
est) patronis aditus ad Deum patefit, frustra igitur Chris-
tus mortuus est: non solus mediator est, non solus uia, ad
patrem uenire erit alia quām per filium, fraudulentiter dixit,
Venite ad me oēs qui laboratis &c. Quod q; blasphemū sit,
impīū, ingratiū, & pñciosum, nemo satis digne queat exeq.

Iā quae uulgo in cōtrarium adducunt, aut friuola sunt, VIII
aut carnalis sapientiae audacia huc torta. Fruiola sunt, quae
Emserius quiritur sic uociferās: Testa! hoc etiā (Diuos uis
delicet pro nobis intercedere) tam Oriēs q; Occidēs: nec na-
tio sub coelo est, quae non magnam partē incolumitatis suæ
Diuorū precibus post Deum acceptam ferat, Cui ego: Nun
quid & Auster & Boreas? nūquid Troglodytæ cū Galacto-
phagis? Nos scriptura sacra nitimus, iste uero nobis Orien-
tem & Occidentē oggānit. Et paulo post oīm fermē Germa-
niae cathedralium ecclesiarum (ut uocat) tutelares Deos coa-
ceruat, & miserrime fauorem aucipatur suo libello: Nun
quā, inquiens, tam ingratas esse futuras istas ecclesiās, ut cre-
dant Diuorum preces & suffragia nihil apud Deum posse,
quod tot ac tanta beneficia ab eis acceperint. Hic primum
ignorat Dei esse beneficia, quae ipse creaturæ adscribit. Qd'
adperte Petrus & Ioannes Act. 3. docent, indignantes quod
uulgus sibi restituti claudi uirtutem adscriberet, Iesu Chris-

ADVERSUS HIERONYMVM EMSERVVM

si esse testantes. Quod & Christus ipse manifeste docet: In nomine meo, inquietis, dæmonia eviciet. Non dixit in nomine suo, sed in meo nomine, hoc est, in mea uirtute. Deinde non uidet, quod si ad hunc modum ipsum argutantem audiamus, multi senserunt Divi Nicolai opem in fluctibus, ergo Nicolaus uelut Iouis, ac tutelaris Deus inuocandus est: non uidet inquam, sequi, Apollo & Aesculapius multos restituerunt in columbitati, Castor & Pollux longe plures quam ullus Nicolaus à naufragio liberarunt, si cultoribus ipsorum credimus: ergo pro Iouis & diis auxiliatoribus inuocandi sunt. Quo modo Symachus aliquando pro defensione Deorum suorum quiratus est, longè tum fortius tum eruditius quam hic nostri: suadens ut Quirites ab eis Diis non deficerent, quorum opem domini militiae quod nunquam non sensissent. Carnis sapientia ad hunc usum torquere fuit ausa omnes scripturæ locos, qui uel sanctorum uel intercessionum, & simillimum uestra habarent. Quorum magnum modum & in Conclusionibus & Canonis cōfutatione adseruimus in libertatem: quia propter missis nunc eis, Emsero nostro duos modo, quibus ipse maxime nititur uidetur, è manibus eripiemus. Leuaui oculos meos in motes, inquit, unde ueniet auxiliū mihi. ac mox Cassiodorus & Bedas testes constituit, qui sentiant motes esse Diuos &c. Et non spectat in foelix quid continet. quatur, Auxilium meum à domino, qui fecit coelum & terram. Quid huius possunt sacrae literæ, quod Cassi & Duri ex montibus Diuos faciunt: cum lippis pateat Prophetam hic non aliud tam constanter agere, quam ut se Deo probet quod auxiliū non speret alius inde sibi uenturum, quam ab eo qui fecit coelum & terrā. Alius est; Memento Abrahā, Isaac, & Iacob. rē, tibi primo non aduertit nullomodo æquipollere O Deus
 Memento

HVLDRYCHI ZVINGLII ANTIBOLON.

Memento Abraham Isaac & Iacob, quibus iurasti, & Abram
ham intercede pro nobis, cum prius hoc Deo dicatur, ut in
patrum gratia filii Israël dignetur benefacere: posterius au-
tem Abrahæ diceretur, quod tamen nusquam in sacris lité-
ris inuenitur. Sed cum semper habeat contentio, quod ob-
ijciat, actacere non possit, sic obstrepit. Cum uideamus Israë-
liticum populum ad dominum clamauisse in nomine patrū
suorum, nimirū & nobis idem licebit. Cui breuiter hoc Pe-
tri Act. 4. respondebimus. Et nō est in aliquo alio salus (de
Christo autem loquitur) nec enim aliud nomē est sub cœlo
datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Proinde
Emsere hoc age: Deum optimum maximum precare, ut sa-
nam mētem tibi det, qua discas, quod sicut ab origine mun-
di inter perfidos abiecti sunt, qui alibi opem q̄ apud unum
solūc deū quærerēt, Ro. 1. Noluit em Deus, ut poplīte utro-
que claudicaremus, quemadmodū per Heliam testatus est.
Sic & hodie inter perfidos merito numerari, qui sibi alios
ad succurrēdum uocant, quam unum solumq̄ Deum. Qui
& Græcis à ~~feiū~~ dicitur est, quod oīa moueri faciat, & ad oīa
accurrat. Deus enim de propinquō est, non Deus à longin-
quo: qui prius etiām quam uoces, dicit, Ecce adsum. Et cū
istud dīdiceris, iam tantus autor sias simplici populo Dei, ut
in Deum omnem cogitationē & spem faciant, quō ueri Dei
cultores siant, quātus fuisti præco, ut à Deo ad creaturas au-
cares: quō uerus apostota fuisti, aut quod uero simillius est,
incredulus. Quod ubi factum erit, iam tandem gratulabimur
te in fidelium numerum à domino accensum. Nam quam
diu in creaturis hæres, nondum adpræhendisti unicum istū
animæ spōsum, quē in Canticis sibi gratulatur adpræhendis-
se: Tenui, inquietens, eum, nec dimittam. Sanctos & Diūos

ADVERSVS HIERONYMVM EMSERV M

hactenus imitaberis, q̄tenus & ipsi Christi sunt, iuxta Pauli uerbum, imitatores. Et firmiter interim crede, quod ubi duo uel tres unanimiter aliquid super terram à domino postulas uerit, ablaturi sint. Ac dū de precibus sanctorū loqueris, aut de ipsorum caritate, caue de indigetibus, hoc est coeli iam cīz uibus idem sentias, quod de peregrinis adhuc & exilibus: qua in re multos hodie uidemus errare. Cætera ex Cōclusio nibus nostris pete, aut ex Canonis cōfutatiōe, & patere ut de hac re nūc uela colligamus, ut cōpēdiō ad finē uenire liceat.

M E R I T U M .

Meritum.



Vm ad locū de Merito uenisti, ipse ne digito quī dem attrectas, sed ad Roffensem quendam remittis: quem an homo sit, an fortasse Deus aliquis, ignoramus. Nam si de Merito aliter sentit atque sacræ literæ, supra id, quod numen est, & habetur esse oportet: nam spiritu Dei imbuti, locuti sunt sancti Dei homines. Quod si Roffensis iste tuus uel meliora uel firmiora dedit, eum qui priora dedit, quæ nos secuti sumus, indubie superat. Hoc autem cum fieri nequeat, operam dare debuisti, ut quibus nos fidimus, subruerentur: & ubi sinistre uerbū Dei intelligimus, ad ueros fontes manuducere. Nā ut optimus quisq; bene de Roffensi sentiat, nūquam tamen ad illum era mus relegandi, sed ad sacras literas, quas Christus ipse scruta ri subet. & disuiti cum Tantalo sicuti sub Abraham persona dicit: Habent Mosen & prophetas, legant illos. Sic inquā tibi agendum erat, atque adeò quim breuibus id potuisses, quomodo nos hic facturi sumus. En tibi.

Nemo uenit ad Patrem nisi per me, inquit ueritas Ios annis 14. Nam eadem ueritas, est & uia & uita. Ergo no stris

HVLDRYCHI ZVINGLII ANTIBOLON.

stris meritis non uenitur ad Deum, sed solo Christo.

Ioan. 15. Sicut palmes nō potest ferre fructum à semet ipso, nisi manserit in uite, sic nec uos, nisi in me manseritis. Ego sum uitis, uos palmites. Ergo nostris uiribus nihil possumus, sed solis uiribus uitis. Quid igitur meremur?

Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ioan. 1. Ergo merita nostra nō tollunt peccata: nam si tollerent, Christus frustra è cœlo esset missus. Quē hœdus inter uepres hærens, & ab Abraham pro filio mactatus significabat.

Matth. 19. Apud homines hoc, uidelicet saluum fieri, impossibile est, apud Deum autem omnia sunt possibilia. Ergo frustra merita nostra adornamus, si humanarum uiriū non est ut saluus fias.

Lucæ 17. Sic & uos, cū feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite: Serui inutiles sumus. Si sumus inutiles servi, qui fieri potest, ut meritorum nostrorum sit aliquis usus; cum meriti merces tunc detur, cum utiles fuimus.

Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Ergo cum nihil possumus, nihil meremur.

Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Ibidem, Ergo non iungimur Deo nostris meritis, sed illius liberalitate.

Ioan. 9. Interrogatus Iesus cuius nam peccato factum esset, ut caecus, quem paulo post uidentem reddidit, sic nasceretur, respondit: Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo. Ergo libera uoluntate Dei sic uel sic nascimur, uiuimus, degimus. Manifestat autem gloriam suam Deus secundum eandem uoluntatem, nec quisque dicit: Cur fecisti me sic. Sed quandoquidem se hic adyta prouidentiae diuinæ, quā aliter prædestinatione uocat, adperiūt, & nos ad alia festinamus, à Christi ad Pauli verba trâsiliemus.

ADVERSVS HIERONYMVM E M SERVM

Roma. 11. Si autē ex operibus (fit scilicet electio) nō amplius est gratia uel donum. Ergo qui meritis nituntur, gratiam repudiant. Lege totam ad Romanos epistolam, & ad Galatas totam, & videbis quid meritum, quid gratia. Sed & si patribus (ut uideris) magis deditus es, quam unī patrī cœlesti, Augustini librum lege de libero arbitrio & gratia.

Roma. 3. Galat. 3. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Cur igitur de merito tam multa?

Ibidem. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei: iustificati gratis per gratiam ipsius. Ergo si omnes ita peccauimus, ut gloria Dei opus habeamus, & ille gloriam suam gratis iustificando nos manifestauit, meritum nihil quam detimento sum commentum est.

1. Corinth. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur &c. Ergo in Adam oēs sumus mortui: qua uia igitur aliquid uiuum aut uita dignum operabimur? Sed in solo Christo oēs uiuicabuntur. Ibidem. ergo non in nostris meritis.

Galat. 3. Scientes autem quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi. Si igitur facta nos beatos non reddunt, cur meritum comminiscimur?

Ibi. Si enim per legem iusticia, ergo gratis Christus mortuus est. Ergo si nostris meritis penetratur coelum, frustra Christus missus est, ut adperiret.

Galat. 5. Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificasti, à gratia excidisti. Ergo qui operibus nituntur, à Christo sunt alieni. Nam te puto sati intelligere, quod in lege iustificari non sit legem nosse aut legere, sed legem exprimere conari, ut iustus fitas. Stultum enim esset, si quis tenore aut sensu legis Paulum existimaret quemquam putare saluum fieri.

Philipp. 2.

HVLDRYCHI ZVINGLII ANTIBOLON.

Philip. 2. Deus enim est qui operatur in uobis & uel
le & perficere. Deficient me omnia prius, carta, calamus, tem-
pus, quām testimonia, quibus luce clarissimus nos so-
la gratia Dei, non nostris meritis felicitate donari. Ea uero
per Iesum Christum uberrime & effusa & firmata est, ut de ple-
nitudine eius nos omnes accipiamus. Quod autem in con-
trarium multiloci, quibus meritum adseri uideatur, adduci
possint, non inficiamur: sed ad eam semper configiendum
est regulam, quod sicut ibi eadem res & Deo & nobis accepta
feratur, eam semper sententiam sequamur, quae ad gloriam
Dei spectat, & nomen eius sanctificans, illi omnia referunt: no
contra, istam quae nobis aliquid tribuit; tametsi Deus per be-
nignitatem, qua nos nunquam destituit, non nunquam no-
bis tribuat, ut ministris & filiis suis, quae eius solius sunt. Na
& nos ipsius modo dono filii eius sumus. ut cum dicit: Qui
uos recipit, me recipit. & : Ite, infirmos curate, leprosos mun-
date. &c. Et: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,
alijs innumeri etiam locis, nobis tribuit, quae nullius ne-
esse quidem possunt, quām eius. Quomodo & hic in meriti
causa uidemus nostris operibus tribui, etiam ore Dei, quod
illius est gratiae: non hercle alia ratione, quām uel nunc
est dicta, uidelicet illius benignitate; uel quod inter membra
Christi semper sunt, quibus adhuc lacte opus est, qui no con-
festim hoc ueniunt, ut abnegatis seipsis, toti in Deum rapiantur;
ut iam non ipsi, sed Christus in eis uiuat, ut cognoscant
se ne uiuere quidem, nisi quod Deus uita, motus, actio rerū
omnium est. Sed & hoc paulo uberius in Conclusionib. &
consultatione Canonis tractauimus.

MISSA.

E iii

ADVERSUS HIERONYMVM EMSERVUM

Nicas pauloāte ad Roffensem, nunc qum de Mis-
sa agis, partim ad Adserionem tuam contra Lu-
therum scriptam mittis, partim hic quiddam mis-
serum disperdis. Quodsi Adserionē ex his, quæ
hic cornicaris, uelut ex ungue leonem metiri patiaris, tam ni-
hil facit Adserio apud Lutherum, quam apud nos cassa ista
garrulitas. Adserio quid contineat, me clam est: nam libri
tuī nunq̄ ad nos uenient. Proinde paucula quædā de Missa
hic dabimus, sed tā inexpugnabilia, ut etiā si nō modo tu, sed
& Ro. Pontifex cum oībus sectatoribus suis oīm machi-
nas tum scientiæ, tū eloquētiæ admoueatis, infecta tamē re,
abire cogamini. Atq̄ istud solidū robur & immobile nō ex
nobis est, ut nec omnia, quæ contra te proferimus, sed ex sa-
crarum literarum apothecis depromptum. Sic igitur accipe.

Nouum Testamentum æternum est, probatur Esai. 9
& Hieremias 31. Ergo & sanguinem, quo nouum Testamen-
tum respergitur, æternum esse oportet; est enim sanguis æter-
ni filij Dei. 1. Petri 1. Hebræo. 9.

- I Sanguis Christi solus tollit peccata nostra: ipse eñi so-
lus est, qui tollit peccata mūdi, & qui per sanguinē suū oīa re-
cōciliavit. Coloss. 1. nam si alia ratione peccata expiaripo-
tuissent, Christus frustra mortuus esset: & qui eū ederent, ad-
huc esurirent: & qui biberent, nihilominus sitirēt: quod lōgis-
sime absit à mētibus fidelium. Ipse eñi exaltatus à terra, oīa tra-
xit ad seipsum. Sed & peccatū nō auferit sine sanguine. Heb. 9.
II At sanguis Christi semel tantum oblatus est: æternus
enīm æterni filij Dei sanguis est. Hebræo. 9. Per proprium
sanguinem introiuit semel in Sancta.

- III Ergo sanguis Christi semel oblatus in æternum, durat
ad exhaustiendum omnia omnium peccata.

Secundo

HVLDRYCHI ZVINGLII ANTIBOLON.

SECUNDO SIC ACCIPE.

Christus illic tantum offertur, ubi patitur, sanguinem
fundit, moritur: haec enim aequipollent. Probatur. Nam Pau-
lus Hebr. 9. sic inquit: Neque ut saepe offerat semetipsum. &c.
alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi.
Ergo offerre Christum est pati Christum: nam Paulus Christi ob-
lationem hinc probat unicum esse oportere, quod semel tatum
sit mactatus. Ergo illuc solus offertur, ubi moritur: nam oblatio
mortis sequitur. Tunc enim perfici oblatio, quod id quod offertur

Christus non potest ultra mori, pati, sans (occisum est.
guinem fundere. Ro. 6. Christus qui resurrexit a mortuis, ul-
tra non moritur, mors illi ultra non dominabit; nam quod mortuus est,
peccato mortuus est, & hoc semel; quod autem uiuit, uiuit deo.

Ergo Christus ultra offerri non potest, mori enim non
potest. Nunc te huic admoneo, ne mihi ullam istarum pro-
positionum inexcusam transilias. Id si feceris, nunquam ex
sacramento Eucharistiae oblationem facies, etiam si patrum te
stimonia terra maris aduehas. Nam quotquot attuleris Dei
verbum, infirmare non possunt: nisi forte apud eos, quibus
verbum hominis maiore in precio habetur, quod verbum Dei:
quibus cum nos tam nihil agimus, quod cum incredulis. Cibum
ergo spiritualem, eucharistiam esse sint: qua igitur, qui morte
Christi uitalem sibi credunt, sese mutuo in unum Christi cor-
pus coagentent, iungant, uniant. Quo pacto Paulus 1. Co-
rint. 10. omnem multitudinem, quae scilicet mortem domini
quomodo dictum est, annunciat, unum corpus, & unum panem
adpellat: nam ea gratia omnes de uno pane, & uno calice par-
ticipemus. Erit iste huius sacramenti usus longe saluberrimus.
Cum enim Christianos uelut unum corpus uiuere oporteat, non
possunt membra fidelium, arctius, fortius coagluti-
nari, quod eo coa-

I

II

III

E iiiij

ADVERSUS HIERONYMVM E M S E R V M

gulo, quod utraq; unum fecit, Christo uidelicet. Quotquot ergo se Christi esse iactat, tū id probabunt uerē esse, qum frā trem mēbri loco, puta oculi, manus, pedis habēt; id si nō præstant, iudicium sibi māducant & bibūt, qui ad hanc mensam accedunt. Ad hoc enim posita est, ut simul eundem cibum edentes, hoc est fide, quæ est in Christo Iesu, in unum corpus coaliti, hac sacra, uelut initiatione & sacramento in unum exercitum, & peculiarem Dei populum uniamur.

DE PVRGATORIO.

MIratus es haud aliter, q; si equi soleam inuenisses, ut nostrate prouerbio in aliena lingua liceat uti, quod Purgatorium his Christi uerbis reīscimus: Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Tā & si nihil potentius adferri queat ad p̄dendū auarissima de purgatorio figmēta, horum qui questū pietatē esse putat. Nam his uerbis ante omnia appetitur qua uia salus miseris ueniat, fide scilicet: qd̄ si fide, non ergo ex operibus. Ecce ecce ut subito purgatoriū euanuerit, id enim ad fareiendū quod nostris operibus defuisset effinxerant, at illis nō itur ad deū, sed fide relinquitur. Ergo qd̄.

Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, nō qui igne lustratorio assus fuerit: fieri enim oportet, ut quotquot moriantur aut in fide Christi hinc decedant, aut cītra eam fizdem. Si in fide hinc migrat, salui sūt sic enim ait: Qui crediderit saluus erit: si in incredulitate, damnati sūt, ait enim ē diuerso: Qui non crediderit condemnabitur,

Io. 3. Sic deus dilexit mundū, ut filium suū unigenitū daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitā eternam. Non enim misit deus filiū suum in mundū ut iudī est mundū, sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non

HVLDRYCHI ZVINGLII ANTIBOLON.

eum, nō iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credidit in nomine unigeniti filii Dei. Vides primo, filium datum, ut qui credit in eum, habeat uitam æternam. Deinde, uides uitam æternam esse secuturam; at æterna nō esset, quæ lōgo tempore in purgatorio igne luctuose exantlaretur. Tertio loco uides mūdum saluari per Christū. Quarto, quod qui in eum credit, nō iudicatur: at qui in purgatorium retruderetur, certè iudicaretur. Adpensis enim cōmissis, Ro. Pontifices ceu Minos aut Rhadamanthus in Coctum abiecerūt, aut ad fortunatas insulas alegarūt. Quinto, quod qui non credit, iam iudicatus est: quod gratia uirtutēs Christi non est nixus. Firmissimum igitur hoc est, quod aut fideles hinc decedimus aut infideles &c.

Ac ne in mora periculum quis suspicetur (ut dici solet) audiamus quid rursum ueritas dicit Io. 5. Amen Amen (uis de iustitudine) dico uobis, quod qui uerbum meum audit, & credit ei qui me misit, habet uitam æternam: & in iudiciū non uenit, sed transiit à morte in uitam. Porro, quid tandem est iudicare, si purgatorio igni addicere nō est iudicare? Qui ergo Christo fidunt, à morte transeunt: imò trāsierunt in uitam, non temporiam, sed æternam.

Et figuratus iste diues, qui Lazarum in sinu Abrahā uidet, his uerbis ad desperationē adigitur: Ingens hiatus inter nos & uos est, ut neutri ad alios transmeare possint. &c. At illic loquitur de corpore salutis, nec plures quam duos fines ponit, quorum alterum Lazarī persona adumbrat, alterum diuitis. Qui ergo hinc abeunt, aut portantur ab angelis in coelestia palatia: & ad illos qui alibi sunt, descendere non possunt, aut ad inferos truduntur, & ascendere nunq̄ dabit. Quis igitur tantopere dīgladiamur, cum ueritas dicat hos nō

ADVERSUS HIERONYMVM EMSERVUM

posse ascendere, illos non descendere? An nostrum est in alio mundo ergastula, carceres, compedes, ignes, frigora, fames, & alia tormenta condere? Quis igitur his figuris miseris conscientias seducimus?

Roman. 8. Perhibet Paulus nihil damnationis maneret, rehos, qui sunt in Christo Iesu. Ergo si in Christo Iesu firmi & immoti persistemus usque in fine, salvi erimus. Matt. 24.

Latro eodem die quo consors poenae eodem & gaudij gloriae Christi sodalis fuit: ubi hic flagra, & reliqua mala pertulit: aut iniquus est Deus, ut facta uerbis non aequet: quem uidemus tam ex amissione latrone impleuisse. In iudicium non uenit, sed transiit a morte in uitam.

Dedormientibus uetat Paulus nos esse sollicitos. 1.
Thessal. 4. tanquam spem nullam habeamus futurae uitae, quomodo Gentes nihil spei habent. Quod si purgatorium esset, contristari proculdubio docuisset pro eis, quos tam misere adfligi cruciatibus sciremus. Quid ergo in mortuorum mentionem inciderit, neque id solum, sed etiam in curae ipsorum sermonem, & de purgatorio, tamen ne tantillum quidem mouerit: satis patet Paulum nihil de purgatorio scire, qui si bi sufficere nouit, quod sciat Christum, & hunc crucifixum. Verum quid multis opus est, cum humanum commitemus uideamus autorem esse purgatorij, non uerbum Dei: nam quae uulgo pro adseritione eius ex sacris literis adferuntur, uero lenter nimis hoc detorta sunt.

Quamobrem Emsere, posthac non quam expedite contumelieris, aut insurgas aspice, sed quam uerè iusteque dicturus sis. An putas obscurum esse uel uisu captis, quid tuis scriptis species? quibus tamen haud aliud probas, quam te clamosum hominem, uentris causa istuc frigidum patrociniū
Romanensibus

HVLDRYCHI ZVINGLII ANTIBOLON.

Romanēsibus præstare. Quorum dominatus adeò constare nequit, ut & si omnibus omnium príncipum armis defendatur, citius tamen futurum sit, ut patroni cum clientibus pereat, quām ille restitutatur. Quapropter Germanus cum sis, ingenue tuæ genti fauere oportet, etiamsi Christus parum apud te poterit. Vides enim ut omnes reducem ex Aegypto Christum amplectentur, eius uerbum unice audiant, ab eo ne morte quidem auelli queant: quo nihil aliud quām pax, gaudium, iusticia, sanctitas, innocentia nascerentur, nisi essent quidam tui similes male feriati, omnis trāquillitatis hostes, qui communī saluti tam pertinaciter obſtreperent, ut nihil malorum, ſeditiōnum, bellorum reuereantur, quod uentri Deo ſuo ad ingluuiem omnia ſuppeditent. Nō formidabo dicere orbem totum decoquerent, ſi conniueremus. Tu igitur sanctis faue coeptis, noli in Germanie perniciem na-
tus eſſe: noli putare quod qui cœleſte uerbum ab iniqua ty-
rannide eripiūt, ſinifre agant. At ſi tam æquam habere men-
tem nō potes, à rebus diuinarum literarum animum ad me
dicam transfer, ut ſaltem podagræ tuæ poſſis aut bubalo ſter-
core, aut rapis elixis, aut feruenti aceto mederi.

Ad ſacras enim literas minus quām
ad ullam rem natus eſt.

Vale, do-
net que te dominus bo-
na men-
te.

OCN 65401950